



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 15. Ardinghellus Papæ Nuntius e Germania Romam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæc. XVI.
A.C. 1548.

sint, inde facile posset dijudicari, quod illo-
rum Tridenti permansio in caussa sit, cur
eo non redeatur. Ceterum ubi Pontificem
rogant, ut Concilium interruptum velit re-
stituere, id si accipiant de Congregationi-
bus vulgo usitatis, hæc sene nunquam inter-
missæ fuerunt: sin vero de publicatione de-
cretorum intelligant, etiam hæc in eorum
gratiam duntaxat dilata fuit, jamque tot fi-
dei, & reformationis capita Bononiæ dis-
cussa, & disceptata sunt, ut satis ampliæ
Sessioni conficiendæ possint sufficere: quocir-
ca rogamus Sanctitatem suam, ut ad sen-
tentiam ferendam velit procedere, maxime
quod constet, nullum omnino Concilium,
extra Schismatis tempus, ita diu, ac præ-
sens fuisse continuatum: Episcopi autem ab
Ecclesiis passim desiderantur, quibus, ut resti-
tuantur, æquissimum est.

§. XV.

*Ardinghellus Papæ Nuntius e Ger-
mania Romam profectus.*

Hæc epistola exeunte Mense Aprili ad *Pallav. l. 10.*
Tridentinos missa prius coram Pon-*c. 16. n. 1.*
tifice in Patrum Senatu per Materanum
Archiepiscopum fuit prælecta, interea
vero Bononienses Deputati ulterius con-
ferre jussi sunt cum Cardinalibus, qui-
bus id negotii erat demandatum. Hi
autem admodum lente hac in caussa
Hist. Eccles. Tom. XXXIX. Ll Ro-

Sæcul. XVI
A. C. 1548.

Romæ procedebant (*). Porro sub idem tempus Julianus Ardinghellus Romam reversus est e Germania, quo eum Paulus III. Legatum decreverat, ut simul de Synodo transferenda, ac Placentina urbe Sedi Apostolicæ reddenda ageret. Hic Pontifici exposuit, „ quod „ Cæsarem ad mitiora inclinandi spes „ haud exigua affulgeret, necnon benignis auribus excipere vellet Deputatos, qui de hujus urbis restitutione acturi essent, ita tamen, ut vel restitutioni quædam conditiones apponerentur, vel per aliam urbem compensatio fieret. Quod vero Synodi translationem spectaret, Cæsarem, ut Patres Tridentum reverterentur, haud ultra insistere aiebat, dummodo nec vicissim Bononiæ Synodus continuaretur, & Pontifex Romæ translationis

(*) Qua ratione Continuator hanc cunctationis notam inuere possit, haud videmus, cum tamen Pallavicinus aliique Scriptores referant, Papæ Nuntium Ardinghellum *non multo post* Romam adventasse, & diffidium componendi medium proposuisse, illudque a Pontifice *quantocius*, ac sine dubio fuisse arreptum, nisi a Galliæ Regis Ministris fuisset absterritus, vide §. seq. Si ergo in hoc negotio lentius procedebatur, quis quæso hujus moræ causa exstiterit?

„ nis iudicio superfederet, & in Ger-
 „ maniam Legati mitterentur, cum
 „ amplissima facultate, quam tredecim
 „ capitibus Cæsar explicaverat, ut illi
 „ hæreticos conciliarent, nationique fa-
 „ tisfacerent, quod ubi conficeretur,
 „ Concilio non amplius opus fore, a-
 „ deoque omnem de hoc disputationem
 „ desitiram exponebat. „ Hac super
 re Legati sententias suas edicere roga-
 ti hæc in responsis dedere: Cæsari ne-
 gari non potest id, quod Pontifex in re-
 sponsione Mendoxæ reddita solemniter pro-
 miserat; tamen non nisi unicus mittendus
 est Legatus unacum duobus aliis, qui dunta-
 xat illius socii, vel ei a consiliis esse debent,
 cum omnis æqualitas æmulationis, conten-
 tionisque sit ferax: Sfondratus ipse potest
 designari tanquam Legatus, utpote illarum
 rerum, ingeniorumque peritus: Primus au-
 tem socius proponendus videtur Hierony-
 mus Verallus Archiepiscopus Rossanensis,
 qui annos plurimos ibi Nuntium egerat:
 Alter vero Pighinus Aliphanus Antistes, qui
 in Concilio præclare se gesserat.

§. XVI.

*Pontifex consilium de Legato una-
 cum duobus Sociis in Germaniam
 decernendo.*

Nil propius erat, nisi ut Papa promif-
 sis

L 1 2

lis

Sæcul. XVI.
A.C. 1548